



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 51. Alter Tigurini Senatus conventus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

na reciperetur, ipse vero, ut hactenus fe- Sæcul. XVI.  
A. C. 1523.  
cisset, Evangelium, Deique verbum an-  
nunciare, ac tradere pergeret. Præte-  
rea omnibus ditionis suæ Pastoribus, ac  
Præconibus mandavit, ne quid posthac  
aliud gregi suo proponerent, aut Zwin-  
gium, ejusque Sectatores hæresis ac-  
cusarent. Obluctabatur vehementer  
huic edicto Joannes Faber, dicebatque,  
quod plures Zwinglii propositiones ri-  
tibus ad honorem & Dei gloriam stabi-  
litis contrariæ invenirentur, ejusque  
dogmata D. Pauli doctrinæ omnino op-  
ponerentur: ex adverso Zwinglius, ut  
dicta sua comprobaret, provocare au-  
debat Fabrum: hic vero reposuit, non  
equidem cuncta disertis verbis in sacro  
Codice esse decisa, in cuius rei exem-  
plum nuptias patrum inter & Neptim  
allegabat, cui respondit Zwinglius, ma-  
gis remotos propinquitatis gradus in  
sacris literis prohiberi, proin & illum in  
eis comprehendi. His disputatio finem  
accepit.

## §. LI.

*Alter Tigurini Senatus con-  
ventus.*

Nullam prorsus mentionem edictum Sleidan. I. 4.  
p 105.  
fecerat de externo Religionis cul-  
tu; cum vero ille nec cum Zwinglii Cochlaeus

T 3                   doctrina

**Sæcul. XVI.** doctrina concordari, nec absque aucto-  
**A C 523** ritate aboleri posset, ideo Senatus, ur-  
 gente Zwinglio alium indixit conventum  
 hoc anno ad finem Octobris celebran-  
 dum, in quo agitaretur, quid hac in re  
 decernere expediret: ut autem Conven-  
 tus confluentium numero celebrior es-  
 set, Tigurini Senatores præter Constan-  
 tiensem, Curiensem & Basileensem E-  
 piscopos, duodecim Helvetiorum Pa-  
 gos, necnon Basileensem Universitatem  
 adesse rogarunt.

## §. LII.

*Colloquium primum de Ecclesia, &  
S. Imaginibus.*

Igitur præstituta die, quæ erat feria se-  
 cunda, ante Festum SS. Apostolorum  
 Simonis & Judæ Tiguri conventus ce-  
 lebratur, atque ad disputationis, quæ  
 tertium omnino diem temuit, exitum  
 probe dijudicandum a Senatu nominan-  
 tur Vadianus, Hoffinanus, & Capple-  
 rius. In primo colloquio agebatur de  
 Ecclesia, quam Zwinglius in duplice  
 sensu accipi affirmabat; nam primo om-  
 nem verorum Fidelium, quorum Chri-  
 stus Dominus est Caput, cœtum, & se-  
 cundo particularem in quodam loco fi-  
 delium societatem per eum intelligi a-  
 jebat, & addebat, quod in nullo sensu  
 Car-